



~~100~~  
100

U. q. 17, 2



DE

# Substitutionibus

DISPUTATIO TERTIA,

*Reciprocam & militarem seu compen-  
diosam declarans,*

Quam

D. O. M. A.

LEOPOLDUS HAKELMAN

IC<sup>us</sup> & Facultatis Juridicæ Ordinarius &c:  
publicè proponit

*Respondente*

SAMUELE THEURINGIO BLANCKENB.  
THURINGO.

*In auditorio Jureconsultorum*

die 28. Augusti hora 7. & seqq.



L I P S I Æ

Excudebat LAURENTIUS COBER.

---

ANNO M. DC. XVII.



DE  
SUBSCRIPTIONIBUS

DISTRICTU TERTIA

RECTORIBUS

RECTORIBUS

RECTORIBUS

D. O. M. A.

LEOPOLDUS HAKELMAN

LEOPOLDUS HAKELMAN

LEOPOLDUS HAKELMAN

LEOPOLDUS HAKELMAN

SAMUEL THEODORE BLANCHARD

SAMUEL THEODORE BLANCHARD

In nomine Domini Amen

In nomine Domini Amen



1731

Excelsior hactenus Corde

Excelsior hactenus Corde





## CONTINVATIO.

**C**um de principalibus substitutionum generibus haftenus dictum sit nunc de accidentalibus, quæ in præcedentibus continentur, agendum restat, cuiusmodi est reciproca, & quam huic annumerant Dd. nostri, compendiosa vel militaris.

### *THESIS I.*

**P**rius genus dicitur aliquibus substitutio repetita, mutua, vicissitudinaria, (a) communiter breviloqua: (b) sed cum hoc nomen etiam compendiosæ substitutioni conveniat, & reliqua vocabula etiam generaliora sint, nos cum læto hoc genus reciprocam substitutionem indigitare

A 2

volu-



volumus, (c) & adjicitur alijs substitutionibus (d).

(a) *Mantica de conject. ult. volunt. li. 7. tit. 4. n. 2. Bened. Capræ n. 8. hic.*

(b) *Intrigl. cent. 2. quest. 54. n. 14. arg. l. cum in testamento 37. §. hæc verba de hered. Inst.*

(c) *l. Tam hoc jure hic in fin. princip. Vigl. Trentac. hic. Vaud. li. 1. quest. var. c. 11. n. 13.*

(d) *Bened. Capr. n. 7. fol. 186. Paul. Leon. n. 10. Vigl. in §. & plures Inst. de vulg. subst. Intrigl. hic ubi dicit communem.*

## I I.

Hæc definitur substitutio, qua testator duos vel plures hæredes institutos, invicem substituit.

*Polit. Sfort. Odd. in prælud. comp. p. 6. q. 1. alias habet definitiones Vigl. in §. & plures Inst. de vulg. subst.*

## III.

Dividitur itidem in expressam vel tacitam substitutionem. Illa est, quæ fit verbis formalibus & specificis: ut vos invicem substituo (a) Hæc etiam præsumta dicitur & definitur, quod virtualiter ex verbis quibusdam per testatorem prolatis, aut ex conjecturis probabilibus colligitur, (b) ut: Titium & Sempronium instituo & Titio substituo Sempronium & Sempronio substituo Titium, vel vos invicem substituo. (c) vel quando testator ita substituit: Si quis hæredum meorum decesserit bona



bona mea vadant de uno in alterum (d) Item si  
ita disposuerit: Instituo Cajum, Sejum, Titium &  
Sempronium & ultimo eorum decedenti substi-  
tuo Lucium, praesumpta est substitutio (e) Item si  
quis eorum sine liberis decesserit, alium substituo.

(a) d. l. Iam hoc iure l. qui plures 23. & l. seq. l. coheredi 41.  
& qui discretas 4, & seq. l. Lucius 44. de vulgar. & pupill. subst. l. cum in  
testamento 37. & haec verba de hered. inst. l. in testamento 6. C. de milit.  
testamento l. 2. C. de impub. & al. subst.

(b) l. Titius & Seius 24. cum l. seq. de hered. Inst. l. si fundum  
sub condit. 81. & his verbis de leg. 1. l. cum proponebatur 64.  
de legat. 2.

(c) d. l. Iam hoc iure.

(d) Menoch. li. 4. praesumpt. 35. n. 10. Intrigl. hic n. 6.

(e) Menoch. d. l. n. 12. ubi similia habet.

## **I V.**

Potest fieri haec substitutio omnibus, quibus  
alias substitui vel vulgari, vel pupillari modo po-  
terit, etiam personis imparibus d. l. iam hoc iure l. here-  
ditatem C. eod.

## **V.**

Obtinet in quacunq; materia, circa quam  
praecedentes species versantur.

Cum enim adjectio sit praecedentium specierum, ex illis  
determinationem suscipit.

## **V I.**

Quoad formam fit haec substitutio duobus  
vel pluribus ad invicem, ut cum duobus vel plu-

A 3

ribus



ribus heredibus, puta Titio & Sejo institutis, dicit testator eos invicem substituo. (a) Vel quando testator dixerit: Titius & Mævius invicem instituti & substituti mihi heredes funto, & dicitur generalibus verbis, seu brevibus concepta (b).

(a) *l. si plures 10. in pr. d. l. jam hoc jure eod. l. si fundum sub<sup>o</sup> condit. 81. § his verbis de legat. 1. Menoch. part. 2. præsunt. 59. n. 4. Trentac. part. 5. c. 12. n. 2. Intrigl. q. 5. n. 2. l. coheredi 41. § qui discretas 4. § qui patrem 5. ff. eod. l. hereditatem C. de impub. & alijs substit.*

(b) communem post multos dicit Trentac. d. n. 2. Intrigl. n. 3.

## VII.

Imò quibuscunq; verbis potest fieri hæc substitutio, quibus plures invicem substitui possunt, ut unus alteri & alter alteri, (a) etiam sine adjunctione particulæ invicem (b)

(a) *Paul. Leon. n. 12. Intrigl. n. 13. d. q. 59.*

(b) *Simon de Prat. li. 3. fol. 9. dummodo inter ipsas personas intelligatur adesse reciprocam substitutionem.*

## VIII.

Accommodariq; potest omnibus præcedentibus speciebus, & pro ratione personarum vel ad vulgarem, vel ad pupillarem referri, modo concurrat habilitas & qualitas in personis singulorum, quibus taliter substituitur. Et ideo quotquot eorum sunt substituti, tot substitutiones factæ intelliguntur (a) & verba testatoris propriè sunt accipienda (b)

(a) *d.*



(a) d. l. *iam hoc jure l. Lucius 45. in fin. hic. l. 2. C. de impub. & al. subst. Treinta. c. 4. n. 2.*

(b) l. non aliter 69. l. ille aut ille 25. § cum verbis 1. de legat. 3. l. quoties 13. C. de hered. Inst. Gail. 2. obs. 124. n. 5.

## I X.

Quando verò personæ institutæ non sunt æqualis paritatis, (a) ut pupillo, pubere & extraneo institutis, tūc continetur tantum vulgaris reciproca (b).

(a) d. l. 2. C. de impub. & al.

(b) d. l. in testamento C. de. testamento milit. quia puberi & extraneo non fit pupillaris, tot. illo tit. & diversitas personarum arguit diversam mentem testatoris, nisi de contraria appareat voluntate ad minimum per testes duos qui requiruntur ad declarationem ultimi elogij Intrigl. q. 22. nu. 25. de substitutionibus. cent. 1. Duaren. de vulgari subst. fol. 181. n. 54.

## X.

Et quidem in disparitate triplex consideratio animadvertenda est; (a) Aut enim disparitas est ab initio cum fit, & semper durat, ut si fit pupillo & puberi reciproca; vel uni sanæ mentis & alteri furioso ex th. præced. (b) Aut fit ab initio disparibus, cum quibus postea supervenit paritas, ut pater duos instituit filios, suum & emancipatum, & eos invicem substituit, tūc utroq; casu vulgaris obtinet, etiamsi emancipatum postea rursus adoptaverit.

(a) Guilh. Bened. in subst. reciproca ad versic. si absq; liberis 2. n. 45. 50. 51.

(b) ex



(b) ex th. preced. & Trentac. c. 5. nu. 1. Intrigl. q. 59. Menoch. de presumt. li. 4. part. 2. presum. 60. n. 36. per d. l. jam hoc jure l. 2 C. de impub. cum una substitutio in aliam converti & resolvi non potest. Qui negativam tenent, refert Trentac. c. 6. n. 2. 3. & utramq; sententiam dicit communem.

(c) Argument. l. non leges. 10. de LL. Igitur ex ratione legum multæ decisiones depromendæ, & ratio est, quia æqualitas ab initio non potest confirmari ex eo, quod fit ex postfacto l. 1. § 1. de legat. 3. l. si ita 7. de auro & argent. legat. l. qui jure militari 7. cū seq. de testamento milit. & est communis. Trent. post D d. nu. 105. 6. quare obtinet regula l. si de interpretatione 37. de LL.

## X I.

Deniq; aut ab initio intervenit æqualitas, sed postea supervenit inæqualitas, hoc casu distinguendum, quod vel contigerit facto disponentis, vel absq; eius facto. Hoc casu, ut si pater instituit duos filios impuberes, unum anniculum, alterum duodennem & illos invicem substituit, quo casu pupillari locus esse potest, sed mortuo parente factus est duodennis pubes, & ita inæqualitas orta, tunc locum habet pupillaris quoad pupillos, (a) Et vulgaris quoad personam, in quam cadit pubertas (b). Si verò vivo testatore adoleverit, tunc sibi imputet, quod non expressius declaraverit voluntatem suam, & eodem modo negotium



cium ad vulgarem substitutionem referretur. (c)  
Et hæc si sine facto testatoris.

(a) quia propter adventum pubertatis casualis substitutio non extinguitur.

(b) *Trentac. c. 6. n. 1.* quia advenit pubertas præter voluntatem disponentis.

(c) Regulæ enim tam diu standum, donec de exceptione doceatur. *l. 1. & ibi D. d. de R. I.*

## XII.

Si facto testatoris in-æqualitas fieret, ut si pater emancipasset filium unum voluntariè,  
(a) altero in potestate retento, extinguitur substitutio (b).

(a) quia factum præsupponit mutationem voluntatis  
*Trentac. n. 4.* & est communis.

(b) destructo enim uno ex correlativis, destruitur & alterum *l. fin. de acceptil.* & plures rationes in prælectionibus meis publicis videbis allegatas.

## XIII.

Cæterum quoad effectum & interpretationem huius substitutionis instituti & invicem substituti, easdem partes videntur habere in substitutione, quas in institutione; (a) sive fiat huiusmodi substitutio nominibus appellativis simpliciter;  
B (b) vel



(b) vel nomen appellativum præmittatur & subi-  
jiciatur proprium (c).

(a) § Si ex disparibus. Inst. de vulgar. l. 1. C. eod. l. qui liberis & in  
fin. l. sed si plures 10. in pr. ff eod. quia quos prætulit testator in  
institutione, his etiam magis faver in substitutione. Et quam  
affectionem habuit in institutione, eandem retinuit in substi-  
tutione Sim. de Præst. de Interpret. ult. volunt. hoc tit. n. 15.

(b) d. l. qui liberis § hæc verba. de vulgar. & pup. ut pluribus  
heredibus institutis dicit testator: Si aliquis ex meis heredi-  
bus non sit heres, alios heredes meos illi substituo, vel quisquis  
mihi heres erit eundem substituo filio meo. Tum enim in-  
telliguntur substituti in ijs partibus, in quibus erant insti-  
tuti, Item substituo sub nomine filiorum, fratrum, nepo-  
tum, in unitate vocis sine copula: Secus si non omnes sub uni-  
tate comprehendendi possunt, & adjecta est dispositioni copula  
Et. v. g. Si diceret testator: filios meos, fratres meos, &  
nepotes meos substituo, tunc enim substituti æqualiter admit-  
tuntur.

(c) Arg. l. si pater filio 9. hinc l. si Servus communis 37. § ult. de  
stipul. serv. Trentacin. d. c. 1. nu. 6. Item quando non appa-  
ret, an appellativo, an proprio facta sit substitutio, nihilomi-  
nus proportionibus hereditarijs substituti vocati videntur.  
l. si plures de vulgar. & pupill. Trentac. d. c. 1. nu. 7. nisi ex conje-  
cturis alia voluntas appareat, puta ex oneribus æqualiter im-  
positis. l. quoties ad Trebell.

## XIV.

Quando vero nominibus proprijs fit hæc  
sub-



substitutio, tum partes adjectæ in institutione non intelliguntur repetitæ in substitutione, sed vocabuntur æqualiter (a) & ad personas respectus habetur, & portiones personas (b) dinumerant.

(a) Non habita consideratione portionum hereditariorum *l. turpia 54. § fin. de leg. 1. l. non nunquam. ad Trebell. l. quoties l. Lucius 78. § Mevius filium eod.* & sermo relatus ad certas personas debet illas æqualiter determinare. *Bened. Capr. n. 36.*

(b) *l. si heredes nominatim. in verbo, enameratio de leg. 1.*

## XV.

Si aliqui sunt vocati nominibus proprijs, quidam appellativis: tum proprijs vocati nominibus in viriles & æquales portiones, quamvis in æqualiter instituti reperiantur, succedunt, appellativis nominati, proportionibus hereditarijs vocati censentur.

*Argt. l. planè de legat. 1. l. si pater filio. de vulgar. substit. Trecetac. n. 17. hic.*

## XVI.

Amplius hîc in quæstionē venire solet, an cōditio

B 2

in in-



in institutione posita, repetita in substitutione censetur? Verius arbitramur, in potestativa & casuali factam non esse repetitionem.

*l. sub condit. de hered. instit. l. quæ conditio de condit. & demonstr. l. ab omnibus § cum quidam de legat. 1. per l. final. de condit. & demonstr. Trentac. d. c. 1. n. 18. Natta cons. 485.*

## XVII.

Legata quoq; ab instituto relicta censentur repetita à substituto cum adjectis conditionibus: (a) nisi alia res legata ab instituto, alia à substituto: (b) vel ex alijs circumstantijs diversa testatoris voluntas appareat. (c)

(a) *l. licet Imp. 74. de legat. 1. & d. th. 28. in pr. disp. 1. l. fin. § fin. de fidei com. libert.* quia cum testator voluit gravare legatis heredem institutum, quem magis dilexit, multo magis credendum est, quod voluerit gravare substitutum, quem minus dilexit *l. publius § fin. de condit. & dem. l. cum pater § ab instituto de legat. 2.*

(b) quia non verisimile est testatorem voluisse substitutum gravare duplici onere *vid. Trentac. d. lo. part. 5. c. 1. n. 18. & seqq.*

(c) quia testatoris voluntas totum facit ut inquit *l. c. in l. ex facto § rerum ff. de hered. instit.*

## XIX.

Tollitur eodem modo, quo præcedentes, ut ab initio, quando deficit aliquid in substantialibus



bus, si ex postfacto, considerata est natura substitutionis quæ est expressa: Etsi inæqualitas personarum supervenerit, quid statuendum dixi *th. 10.*

Et hæc de paganorum substitutione.

### X I X.

Restat nunc ut & de posteriori genere videamus, quod substitutio militaris propriè dicitur, à nostris secundum Diocletianum & Maximinianum Compendiosa, (a) inde quod compendio quasi multa tempora (b) & omnes præcedentes species in se complectitur.

(a) *l. precibus 8. vers. si verò subst. C. de impub. & al. subst.*

(b) *Trentac. c. 1. nu. 1. part. 4. Bened. Capr. n. 11. fol. 192. & vel in vulgarem vel pupillarem resolvi potest Donell. comment. Inst. de substit. c. 13. in fin.*

### X X.

Definitur substitutio, qua militibus in expeditione degentibus (a) non modo suis, sed etiam emancipatis ultra pubertatem, (b) nec non extraneis in casum secundum quovis modo etiam ad certum tempus substituere permissum est. (c)

(a) *l. pen. C. de testament. milit. pr. Inst. eod.*

(b) *l. centurio 15. de vulgari & pup. subst. l. miles ita 41. §. miles & emancipato, quibusdam incipit exheredato 4. de testamento milit. § ult. Instit. de pupill. substit. quia testamentum militis valet pro ut vult. 28. de testament. milit. unde etiam directio ad-*

B 3

mitti-



mittitur, si ita facta *Ant. Fab. 15. conject. 12. & 13. Vide Cujac. 11. obs. 25. & 12. obs. 27. Fachin. controvers. 43. Intrigl. cent. 2. q. 85. nu. 8. & seqq. Duar. c. 7. & 23.*

(c) Expressus textus est in l. certi Iuris 8. C. de testament. milit. l. in fraudem 15. § 4. ff. eod.

## X X I.

Hic modus substituendi propter occupationem bellicam (a) & Iuris imperitiam quæ ex illa sequitur (b) propriè militibus conceditur non paganis, (c) nisi talia verba in testamento deprehenduntur quæ fideicommissum important, tum enim non directò sed obliquè in vim fideicommissi (d) valet substitutio.

(a) *Pr. Inst. hic ibi: cum in expeditionibus occupati sunt. l. pen. C. eod. l. fin. quib. non ob. longa temp. Prescript. l. 1. l. 3. l. ult. C. de restit. milit. Sic Clericis & Monachis beneficia quædam indulgeri, ut alijs omnibus derelictis Dei omnipotentis ministerio inhæreant, Imp. sancit in l. generaliter C. de Episcop. & Cler.*

(b) Dum enim in expeditionibus occupati signis & numeris suis inhærent penitus, ut inhærere debent l. 15. C. de re milit. Iurisprudentiæ operam dare nequeunt, arg. l. 13. C. d. t. Eoq; nomine Cajus Marius apud Valer. Max. l. 5. c. 2. suam Iuris imperitiam verè sciteq; excusavit, dicendo: inter armorum strepitum se verba Iuris Civilis exaudire non potuisse.

(c) *l. verbis civilibus 7. ibi: frustra hic. l. in pupillari 24. ibi: finitur Substitutio pubertate. hic. § fin. Instit. de pupill. argument. l. si servus legatus 108. § si servus alienus de legat. 1. c. Si Pater in fin. ibi: quanquam*



quaqueam directo interdum. de testamentis in 6. & est communis In-  
trigl. in fin. nec ab ea recedendum esse ait q. 10. n. 48. Bened.  
Capr. n. 68. rationes petantur ex lectionibus meis.

(d) De verbis obliquis actum disp. 1. th. 4. l. Scævola 76. ad Tre-  
bell. & post pubertatem potest filium fideicommissio salva le-  
gitima onerare. ut traditur Ind. § fin. Inst. de pupill. subst. l. obe-  
redi § cum filio eod. l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. testa-  
mento.

## X X I I.

Hoc quoq; privilegio gaudent filij fami-  
lias, & milites nostri seculi, in hostili (a) loco  
& sub armata militia merentes, ut & ij, qui sunt  
in procinctu, (b) sive sint equites, sive pedi-  
tes, sive majores, sive minores; sive ordi-  
narij, sive extraordinarij milites. (c) Item  
qui accepto vulnere in militia transierunt in  
locum propinquum sui curandi causa, ut re-  
deant, (d) & illi, qui aliquandiu commearu  
accepto absunt, ita tamen ut reverti velint, (e)  
Sic limitanei, stationarij & stipendiarij mili-  
tes in acie consistentes, nec audentes recede-  
re à cingulo.

(a) l. unica ff. de bon. poss. ex testamento milit. l. ex militari n.  
§ ult. de testamento milit. text. in pr. Inst. eod. in peculio castrensi, non  
tamen



tamen in adventitiis impedire usum fructu patri potest. l. pen. & ult. C. qui test. fac. poss. Donell. lib. 6. comm. c. 5.

(b) l. miles 18. de re judic. l. 1. C. de iur. & fact. ignor.

(c) Vaud. li. 1. q. 55.

(d) argument. l. qui mittuntur 35. § fin. ex quibus causis maiores l. miles 34. d. tit. l. 3. vers. qui stationis l. 4. § fin. de re milit. durat enim privilegium, quatenus militant, & donec qualitatem militiae habent.

(e) d. l. miles 34. d. l. qui mittuntur 35. in fin. modicum enim illud tempus absentiae vel praesentiae non curatur l. ab hostibus 15. § Sed quod simpliciter. ex quibus causis maiores. VVesenb cons. 19. nu. 40. & ad Schneiduv. in pr. de testam. milit. & in parat. idem cons. 38. n. 61. 62. Coler. li. 2. decis. 293. Zaf. tract. substit. c. 5. Cujac. consult. 49.

### XXXIII.

Sic etiam Clerici, vulgo *Feldprediger* / quando non tantum in procinctu sunt, sed etiam in castris seu expeditione versantur, militum gaudent privilegijs (a). Doctoribus, itemq; consiliarijs bellicis, *den KriegsRähten* / idem ius tribuitur (b) si in actu belli testantur, (c). Idem obtinet in militibus navalibus non autem in mercatoribus maritimis (d). Quemadmodum dubius quoq; de statu suo miles potest substituere (e).

(a) Grass. in § testamentum. q. 13. ubi ait com.

(b) Bruckm. in tract. de Regal. c. 4. nu. 3 effect. 2. nu. 17. Gail. 2. obs. 118. n. 11.

(c) Simon de Præt. d. lo. n. 7. ubi etiam de medicis ait.

(d) Intrigl. q. 95. nu. 5. 6.

(e) l. ex



(e) l. ex milit. 11. § si miles de milit. test. l. de suo statu de testamen-  
to milit. item mutus & surdus. l. jure 4. de testamento milit. Gail. 2.  
obs. 118. nu. 14 Grass. in § testamento q. 30. nu. 4. ubi dicit com. Intrigl.  
quest. 88. n. 27. cent. 2.

## XXIV.

Et ut jure civili adempta est testamenti factio  
quibusdam vel lege, vel natura, vel moribus, ita  
& substitutio: & qui testari non potest nec substi-  
tuere poterit. Et quidem lege h. e. jure civili ob  
statum vel potestatem. Ob statum servis: quam-  
vis & servos in necessitatibus Reipub. aliquando  
ad arma evocatos legimus. Item obsidibus (a)  
& qui libertatem amiserunt, & semel bello victi,  
servatiq; (b) vel ab hostibus capti, (c) salvo jure  
postliminij, quo reversus omnia pristina jura re-  
cuperat, pendente interim ipsius statu & conditio-  
ne. Deportatus autem non simpliciter testari  
prohibetur, his tribus intervenientibus: si ex de-  
licto militari condemnatus, si sacramenti fides  
rupta non sit, si deniq; de bonis castrensibus te-  
stetur, de aliis testari nequit, nisi is, qui condemna-  
vit, potestatem testandi ipsi fecerit (d). Milites  
quoq; capite damnati, si quod ante habuerunt te-  
stamentum, non perinde ut pagani, fit irritum,  
sed Iure militari valet (e).

C

(a) quia



(a) quia singulariter hic nihil constitutum, igitur in his æquè ut in paganico testari prohibitum est.

(b) quia jure gentium etiam non sunt capaces l. intercidit de condit. & demonst. & pro mortuis habentur l. quod attinet 32. d. R. I. Vgl. ad rubr. Inst. nu. 26. de testamento milit.

(c) § si ab hostibus Inst. quib. mod. pat. pot. § lv. l. 5. l. in bello 12. § 1. l. bona 22. de capt. & postlim. revers.

(d) l. ex militari in pr. de testament. milit. l. si quis à filio § sed & si quis. de injusto rupto l. si quis 22. in pr. §. 1. de legat. 3. hæc omnia in paganis aliter se habent.

(e) l. si quis filio 6. § sed et si quis. vers. qua ratione igitur. de injusto rupto. l. idemq. 9. l. in fraudem 15. § 2. de testam. milit.

## X XV

Propter ætatem, & animi & corporis vitium prohibentur Impuberes, (a) furiosi, mente capti, (b) prodigi, (c) mutus & surdus quoq; natura (d).

(a) § præterea Inst. quib. non est permisso. fac. test. l. 7. l. ult. C. de testam. milit. & l. pen. de Decurionib. quia hi textus tantum de honorario titulo exaudiuntur, non de vera & armata militia. & in l. 8. § jam verò ff. de excusation. erratum est in versione Modestini, qui usus est græca voce ἀφύλοξ, quæ non imuberem, sed minorem 25. annis significat, Anton. August. in l. non solum § si libertus. eod.

(b) d. § præterea vers. furioso l. furiosi 40. de R. I. l. 2. de contrah. emt.

(c) l. 1. de curat. furios.

(d) § quin imò. de testamento milit. quia militare nequit, nec ducis imperium intelligere, neq; examinari, aut Sacramentum militiæ præstare potest. Secus de eo, qui ita



qui ita in militia factus est. l. si mutus aut surdus, qui test. fac.  
possunt. l. 4. de test. milit.

### X X V I.

Præterea hoc privilegio uti nequeunt actu  
non militantes, (a) ut sunt torquati, cruciferi, vel  
crucigeri, vel aurati, (b) quamvis ratione reveren-  
tiæ dignitatis & nobilitatis alijs privilegijs non im-  
merito sint muniti. (c) Ad Doctores, causarum-  
que patronos malè hoc privilegium extendi-  
tur (d).

(a) l. 1. in pr. l. milites 15. in pr. C. de test. milit. VVesenb. cons. 17.  
nu. 3. Gail. 2. obs. 118. Grassus in § testam. quest. 9. & seq.

(b) c. ius militare distinct. 1.

(c) Simon de Præt. de interpret. ult. volunt. li. 3. hic sol. 7. n. 4.

(d) Intrigl. quest. 89. nu. 42. cent. 2.

### X X V I I.

Capere ex tali testamento possunt etiam illi,  
qui cives Romani non sunt & quibus cum Iure  
cōmuni non est factio testamenti; & miles liberos  
suos Iure militari vel sine causa potest exheredare  
vel impunè præterire: (a) item filio substituere  
quamvis in potestate ejus maneat (b) & pubes sit  
(c) Non autem quicquam relinquere focariæ (d).

(a) § sed si in expeditione Inst. de exhered. liber. l. sicut certi juris 9.  
cum l. seq. C. de testamento milit. l. si patronus 12. in pr. ibi: filium silentio  
exheredaverit, l. Paulus 47. ibi: Filij à patre præteriti debonis libert. l. qui  
Iure 7. l. miles ita 41. § si miles de testament. milit. Cujac. 14. obs. 12.

(b) d.



(b) d. l. miles ita 41. §. miles l. cum filius famil. de testamento milit.

(c) d. l. centurio d. l. precibus. Cujac. 11. obs. 25. & li. 12. obs. 27.

(d) d. l. miles ita 41. §. mulier l. mulierem 14. de his quæ ut indignis. Paul. li. 3. Sentent. c. 6. §. 37. l. 2. C. de donat. inter virum & uxorem.

## XXIX.

Admittitur hic substitutus in omnibus bonis testatoris & vel in tota hereditate (a) vel in re certa, puta, domo, fundo, in quo habito, (b) non tantum ipsius testatoris sed etiam instituti, habita tamen differentia, quam nobis acutissimus Papinianus li. 6. responsum proponit (c).

(a) d. l. centurio d. l. precibus.

(b) l. cogi §. sed et si miles. ad Trebell. d. l. coheredi §. fin. ibi: pariterve eius l. ius nostrum de R. I. & cætera bona ad legitimos heredes devolvuntur. l. ex militari §. ult. de testamento milit.

(c) in d. l. centurio 15. l. precibus 8, de impub. & aliis substit. l. si miles 6, de testament. milit. & th. 10.

## XXIX.

Concipitur hæc substitutio vel expressis verbis; vel tacitè ex collectione verborum præsumitur, (a) ut quandocunq; filius meus decesserit, vel alius institutus etiam extraneus, substituo Titium; vel si filius meus decesserit intra pupillarem

rem



rem ætatem, vel post, substituo Cajum, vel intra  
25. annum, (b) vel si filius meus decesserit, (c) vel si  
sine liberis decesserit. (d) vel etiam quovis modo  
miles disposuerit (e). Vnde & hæc in expressam  
& tacitam distribuitur.

(a) *Trentac. c. 3. n. 1. part. 2. & ex illo descripsit Intrigl. 3.  
q. 37.*

(b) *per l. sicut in pr. quibus modis usus fructus amit. Menoch. li. 4.  
presumpt. 51. part. 2. n. 3. nisi quod etiam ad paganos extendit.  
quæ substitutio tamen extra fidei commissum non valet.*

(c) *quia indefinita equipollet universali Menoch. d. l. n. 10. 11.*

(d) *Menoch. d. presumpt. n. 13.*

(e) *l. Lucius Titius 40. in pr. de testam. milit.*

### X X X.

An autem compendiosa substitutio à pa-  
gano in codicillis fieri possit, inter Doctores gra-  
viter, disceptatur, & cum fideicommissum vel in  
Epistola, vel libello, vel sine scriptura imò etiam  
nudu adhibitis testibus fieri potest, (a) & sola vo-  
luntas sufficit, (b) ut suo loco pluribus tractabitur,  
igitur eam in vim fideicommissi etiam de  
iure in codicillis valere secundum communem  
putamus.

(a) *l. 22. C de fideicom. l. 21. de legat. 3. si fideicommittendi  
voluntas appareat.*

C 3

(b) *l. ver-*



(b) l. *verbis legi* 120. de V. S. l. *ex facto* § *rerum*. de hered. Inst. l. 2. in fin. de legat. 1. Donell. li. 7. comm. c. 17. dummodo intelligatur ex verbis testatorem hoc sensisse, ut hereditas sua restituatur. l. *ubi* 19. § 1. ad Trebell. Paul. Leon. n. 319. & seq. Trentac. c. 9. nu. 7. 8. 9. 10. & plura hac de re in loco de fideicommissis.


### XXXI.

Effectus huius militaris substitutionis idem est cum cæteris, puta hereditatis ad substitutum (a) directò devolutio. Ita tamen si filius mortuus sit ante annos pubertatis, tùm substitutus omnia omninò capiet bona, non secus, ac ex pupillari substitutione. Aut post pubertatem filius defunctus est, tunc ea duntaxat bona substitutus habebit, quæ filius à patre acquisivit, (b).


(a) d. l. *centurio* d. l. *precibus* d. l. *in testamento*.

(b) d. d. l. l. ne scilicet privilegium militibus concessum vergat in præjudicium tertij & liberorum, qui hac ratione iure & facultate testandi penitus privarentur. l. *cum filius fam.* 28. in fin. de testamento milit. l. *impuberi filio*. de administ. tutor.

l. *ex facto* 43. de vulgar. & pup. Finitur iisdem modis quibus præcedentes.






















155254

ULB Halle


3

006 685 17X




R VD 17







limi  
ex d  
itut  
, ce  
am r  
here  
crea  
  
to rup  
z. hic.  
quâ  
lem vi  
  
furor  
  
uman  
  
N



DE  
**Substitutionibus**

*DISTUTATIO TERTIA,  
Reciprocam & militarem seu compen-  
diosam declarans,*

Quam

D. O. M. A.

LEOPOLDUS HAKELMAN

IC<sup>us</sup> & Facultatis Juridicæ Ordinarius &c:  
publicè proponit

*Respondente*

SAMUELE THEURINGIO BLANCKENB.  
THURINGO.

*In auditorio Jureconsultorum*  
die 28. Augusti hora 7. & seqq.



L I P S I Æ

Excudebat LAURENTIUS COBER.

ANNO M. DC. XVII.

